

Memoriæ laudatis.

S.

Viri Reverendi & Clariss.

DOMINI

ZACHARIÆ HOFMANI,

Pastoris Eccles. Herrnstad.

& Presbyterij Eiusdem

Districtus

SENIORIS,

ubiq; non nisi benè meriti,

Fautorum, Amicorum

Filiorumq;

EPIGRAMMATA

SEPULCHRALIA.

*Q*uid sibi metra velint Doctorum docta
Virorum,
Quæritur? Hofmani est exequialis honor.

Calcographia Sartoriana exscripsit

LIGNICII, AN. 1643.



Honoraria
Totius vitæ cursum continens
delineatio.

CHRISTO ET POSTERITATI SACR.

Paulum subsiste Viator.

Hic situs est,

DEO ECCLESIAE & PIETATI

Narus

Vir Reverendus, Clarissimus,

Doctissimus

DN. ZACHARIAS HOFMANUS

SVIDNICENS. SIL.

Pastor & Senior Herrnstadiensis

meritissimus:

Is in percelebri Silesiorum urbe Svidnicensi Parenti-

bus quidem mediæ fortunæ; sed ob singularem

probitatem piis omnibus, præsertim vi-

ris Ecclesiasticis gratissimis,

Patre nimirum

THOMA HOFMANO,

Cive & Sutore ibidem,

Matre verò

CATHARINA,

DOMINI JACOBI HENLEINS

[qui per annos XXI. Ædilis offi-

cio gnæviter inibi functus]

Filiâ,

AN.

ANNO CHR. MDLXXVII. ipsâ,

Quæ à JUDICANDO nomen

fortita est,

DOMINICA,

In

lucem editus

Primò ab incunabulis domi ad Pieta-

tem & lecturam germanic.

adivefactus

Posteà ætatis anno VI. Scholæ & Præceptoribus

informandus traditus

Inde verò,

Egestate Parentum, jam in sellam futorinam,

aliquando abstractus;

Sed ipso piè obistente, ac Ingenii sui fertilitate [miro enim

quodammodo indoles cum diligentia cõcertare videbatur]

imprimis verò Musicæ Artis ipsi quasi naturâ indita pe-

ritiâ, Præceptores & Cordatos alios, in sui admi-

rationem, amorem, & certissimam

futurae amplissimæq; Segetis

spem rapiente,

Sic

Interventu Fautorum Scholæ

redditus

Et in eadem divinitus quasi nacto Pædagogicæ

beneficio sustentatus

Ac ab inferioribus subfelliis ad superiora usq; ascendendo,

sub Præceptoribus inter alios Viris Clarif-

simis Dnn..

M. JOHANN EGRANO,

M. PETRO BECCERO,

M. WENCESLAO OTTERO.

A 2

M. Bar-

M. BARTHOLOMÆO STIRIO.
M. SEBASTIANO MENCELIO, & al.
Felicissimos faciendo progressus, per inte-
grum tredecennium commoratus
Sic ad altiora optimè præparatus, Academiæq̃
idoneus judicatus

Duorumq̃ stipendiorum, nimirum Scholæ & Mercaturæ
Præsidum subsidio adjutus
Ætatis Ann. XVIII. CHR. MDL XXXVIII. cursum stu-
diorum Academicorum, successu quidem primo, pestife-
ræ lue ipsum Lipsiâ, deindè etiam Francofurto,
expellente, parum felici aggressus;
Sed habitâ sui studiorumq̃ ratione domi aliquot tantum,
Septimanarum spatio præstolatus
Ac remoris omnibus & illecebris, à proposito ipsum,
avocantibus excussis, Numine propitio,

FRANCOFORTUM
regressus,

Ibidemq̃ ad pedes Professorum publicorum,
inter alios Dnn.

D. CHRISTOPHORI PELARGI.

D. ANDRÆ WENCELII.

M. CHRISTOPHORI NEANDRI.

M. CALEBI TRIGOPHORI & aliorum.

Studiis Theologicis pariter ac Philosophicis in 4.
usq̃ Annum alacriter invigilando
detentus,

Francofurti Cantoratus Landshuttani Spartâ
modestè recusatâ, Magnifici

DOMINI NICOLAI à ZEDLITZ

Dn. Hæreditarii in Wilkaw, JUDICI Regii Ducat. Svid.
& Jaurav, Præsidis Liberosum,
Ephoratu

Anno

Ann. MDCI. suscepto, eoq̃ ob singularem Dynastæ,
totiusq̃ familiæ in se favorem adamantino quo-
dam amoris reciproci vinculo
conglutinatus

Ac posthabitis quattuor, in Scholam nempe Patriam duabus,
Hirschbergensem aliâ, item aliâ ad Baronem quen-
dam in Bohemia, vocationibus, per integrum
quinquennium summa cum laude
perfunctus

Deniq̃ à Viro item Magnifico
DN. ADAMO à Schweinchen & Schweinhaus &c.
ad Munus S. Ecclesiæ Colbnicensis
evocatus

Atq̃ ad id Ann. M DC VI. circa festum Angelis beatis
sacrum Francofurti ritibus usitatis
initiatum.

Pastor itaq̃ factus sibi etiam, consilio D. Apostoli,
conveniens esse Maritum fieri
ratus

Atq̃ ideo cum Reverendi, Clarissimi

DN. CASPARIS PROBI,

Pastoris Martiani, & Senioris Ducatus

Lignic. Filia,

BARBARA Virgine

lectissimâ

An. M DC VII. d. xi. Septembr. prævio Numine,
in Agro Martiano nuptiis celebratis, matri-
monio subsequenti felicissimo
inauguratus:

Ex quâ Benedic. Divinâ suscepta
Sobole

An. MDCVIII. CASPARO, nunc Reipub. Herrnstad.
Notario.

A 3

M DC

M DC XI. ELISABETHA, nunc Johann. Bleuelii
P. & S. Raud. Uxor.

M DC XIII. ZACHARIA Lignici A. 1633. mortuo.

M DC XV. Filio Embryone extincto.

M DC XV. GODOFREDO, nunc Diac. Ravitii Polon.

M DC XXIII. CHRISTIANO, Lignici A. 1629. defuncto.

M DC XXV. JOHANNE } nunc Scholæ Fraust. alumn.

M DC XXVII. JUSTINO }

Sic octies Pater salutatus :

Colbncii Dn. Collatore multum favorabili feliciter Domini
vineam colendo, duabus, ad Arnsdorffensem unâ in

Svidnicensi & Beerfdorffensem aliâ in Haino-

viensi, districtu, Ecclesiam vocationi-

bus sepositis

Ad Annum usq; CHRISTI M DC XVIII.

immoratus :

Posteâ ab Amplissimo Senatu Svidnicensi, suo quodam

in Patritium jure, ad Leuttmansdorffensis Eccle-

siæ functionem obtentus

A quâ sub communi Patriæ *παρολεθρίας* & infelicis Refor-

mationis tempestate An. M DC XXVIII.

expulsus

Ac post triennale exilium ab Illustrissimo Principe Ligni-

censi singulari, & nunquam satis laudabili in exules gra-

tia, Pastor & Senior Ecclesiæ Herrnstad.

traditâ vocatione Illustri

constitutus :

Eidemq; Ecclesiæ, relicta aliâ quadam, uti ad priorem

functionem Leuttmansdorffensem, denuo oblatâ

vocatione, ultimas vires, ipsamq;

vitam ut immolare

reservatus :

Totum

Totum vero

Ministerium

suum ut ad Fi-

dei Analogiam

adimpleret, o-

pusq; Evange-

liste perageret,

ad unum illum

scopum, quo

juxta Gnomiâ

suum Symboli-

cam ex Galat.

2. 20. desumptâ

collinaret,

Christi sc. pro

se traditum, ac

sive in se viven-

tem prefixum

sibi ad ultimâ

vite halitum

habendum pu-

tavit, idq; Me-

thodo Apostoli-

câ 2. Tim. 3. 16.

Rom. 15. 4.

1. Docen-

do. { 1. Christum fundamentum
unum imitandum Audito-
ribus proponendo, Act. 4.
12. 1. Cor. 3. 11.
Eumq;

verum { Deum
Hominem

un. { Person.
Mediator.

Rom. 9. 5.
Philipp. 2. 6. 7.

traditū, seu Ly-

tron in ara cru-

cis pro nobis sa-

ctum. Ebr. 10. 14.

vera fide appre-

hendendum :

pro Me &c.

August. Confes-

D. Mart. Luth.

Philipp. Me-

lancht. &

horum siml.

2. Omnia ad Cynosuram Scripturæ Sacr.

V. & N. T. testantis de Christo revocando

Actorum 10. Eph. 2. 20.

3. Scripta humana cum S. S. pie conforman-

do, que sunt —

4. Express. form. sanorum Verborum

tenendo. 2. Tim. 1. 13.

2. Redarguendo sc. contradicentes huic Fundamento Prophetar.

& Apostolorum, Heterodoxos

{ Veteres.
recentes, idq;

{ Iusto rigore
Piâ modera-

3. Corrigendo, nimirum mores Audi-

{ Tit. 1. 9. 1. Tim.
3. 3.

{ tione.

idq; sine *ωροσωωοληψίας* furo 2. Tim. 4. 2.

4. instituendo ad justitiam,

seu ad veram hanc vitam

in Christo erudiendo, & ad

obedientiam fidei deducen-

do. Rom. 5. & 15.

13. idq; tum

{ Verbo { 2. Cor. 5. 17.
Galat. 4. 19.
Philip. 1. 27.
Col. 1. 17.

{ Exemplo tanquam typus

gregis 1. Petr. 5. 3
2. Cor. 6. 3.

{ 1. Christum

in se viventem

ostendēdo Mat.

5. 16. Iacob.

2. v. 17.

2. In ejus
gloriam omnia
dirigendo. Ps.
115. 1. 1. Cor.
10. 31.

a 5.

3. Crucem Christi patientur suscipiendo, ut
 4. Singulis, ut Christi membris, in Christo se pie pro Viribus accommodando.
 5. Consolando, consternatos verbo Christi reconciliationis
 2. Cor. 5. 19.

Bonorum omnium, imprimis Bibliotheca bene instructa Colonicij An. 1609. per incendium amissionem. Exilium An. 1629. plusquam satis molestum; Expectationem & miseriam belli expertas quam plarimundi ingratiultum.

1. Suis fidelem. 1. Tim. 3. 4.
 2. Superioribus demissum. Rom. 13.
 3. Inferioribus affabilem.
 4. Egenis benevolam.
 5. Omnibus equam.
 6. Nemini blandam.

1. Seria Numinis invocatione. 1. Tim. 2.
 2. Attenta sacrorum lectione. 2. Tim. 4. 13.
 3. Devota Mysteriorum DEI tractatione.
 4. Pia animi relaxatione, id quod imprimis fact. Studio Poetico & Lycophroneo, quo Eruditi plurimis innotuit, ut ostendunt Decad. Anagr. public. Jur. fact: ut & alia tam pro thalamo quam tumulo cohonestando hinc inde consecrata Poemata.

Tandem omnibus ferme tenuis corpusculi viribus quartana ad biennium usq. febris, difficilimiq. officii laboribus, ac bellorum turbis assiduus, nimirum incursionibus & terroribus exhaustus,
 Miseraq. hujus vita pertasus
 Animam CHRISTO, Redemptori suo Fide haecenus in terrestri & fragili hoc tabernaculo, ipsius per fidem viventi, ad plenarium illum aspectum sub ardentibus,

Tam propriis quam astantium suspiriis, reddendo, ad beatum illud beatorum consortium pie placideq. transivit Hernstad d. XI. Jun. circ. XII. merid. An. Erae Christianae
 M DC XL.

Post-

Vanitatis hujus fabula spectator & Actor fuisse An. 61.
 11. Septim. & d. 1.

Postquam Praefuisse & profuisse Ecclesia
 Maritus fuisse Ann. 32.
 Septim. 39. d. 1.

(Colonicij: 13. ann.
 Leutmansd: 9 1/2 ann.
 Herrnsfad: 8 1/2. ann.)

ULTIM. AMOR. & GRATITUD. ERGO F. F.
 RELICTA VID. LIBB. & GENER
 MOESTISSIM.


ATq. Via hac tantum volui Te scire, Viator;
 In nunc & mecum sic bene disce mori.

Gal. 2. v. 20.


Vivo autem non amplius Ego: Sed vivit in me CHRISTUS, & hoc quod jam vivo in carne, per Fidem Filii DEI vivo, qui dilexit Me, & tradidit semet ipsum pro Me.

Dicit: hoc Symbolic. quod aureum pie Defunctus
 indigetavit, suamq. Thema funebre esse voluit,
 sequentibus hisce versiculis
 expressit:

Quas Ego vitales nunc Spiro sub ossibus auras,
 Salvificam in CHRISTI vulnera spiro fidem
 In Cruce quae nostrae est perpeffus amore Salutis,
 Aeternum heu nobis flagra luenda luens.



B Bea-



Beatis Manibus

ZACHARIÆ HOFMANI.

TE quoq; te primos inter, mihi chare, Sodales,
Quos aliquando mihi studiis conjūxit Apollo,
Cum nondum nobis terna esset olympias acta,
Nostrumq; ingenuas artes hauriret uterq;
Swidnicii, hoc uno semper mihi nomine chari:
Postea rarenter per lustra octona, novenave

Accidit alloquioq; tuo aspectuq; fruisci,
Etsi sæpiculè sim supplice voce precatus,
Temet, ZACHARIA, cognato haut sanguine fratrem;
Sed quem perpetuo Virtus mihi fædere junxit,
Abstulit indomitæ dira inclementia mortis,
ZACHARIA, vitæ nunquam rediture sub auras;
Donec per volucres sonitum dabit ultima nubes
Buccina, & hoc triplex opus horrida flamma resolvet:
Non tamen idcirco fluctus sub pectore volvo
Irarum, irascorq; DEO te morte peremtum:
Nec sanè in video sanctam, æternamq; quietem
Sollicitis ubi nunc à curis atq; labore
Omni tranquillam peragis sine murmure, vitam.
Imprimis cum laude hujus qui tempora vitæ
Complèris, sine optato, vocitante Iehovâ:
Sed fatum deploro meum, mea tristia vitæ
Tempora, & orbatum me fidi nomine Orestis,
Quando tibi tam dulce caput pectusq; fidele
Amisi, superest misera hæc dum vita, carendum.
Quid dico amissum? præmissum dicere fas est:

Quip-

Quippe dies veniet, cum te quoq; consequar ipse
Communem ad Patriam, ad convexa Palatia cæli,
Sanguineo Christi nobis reparata labore,
Quin immo cunctis Christi qui nomine gaudent.
Ast, ô Amice, tuum nomen moderator Olympi
Perpetuet superùm jam pridem in codice scriptum.
Hoc tantum lubuit, pro consuetudine nostrâ,
[Dum dolor, ac lacrumæ mihi scribere plura recusant]
Addere supremum veteris testamen Amoris.

*Sacratissima: Casarea Regiæq; Ma-
jestatis Consiliar. & Camera
Silesiæ Secretarius*

Joan: Hofman, ab Hof-
mansWaldaw. Non absq; mæ-
rore & dolore apponebat.

HERNSTADIUM Domini dubio sine denotat urbem.
Gratum in eâ HOFMANUS repperit hospitium,
Sincerum novat fidei qui promere dogma,
Atq; fidem vitâ constabilire piâ.
Cum desiderio plus ultra est inde migrandi.
Nulla adèo in terris mansio firma datur.
Quas ob id exosus tandèm, jam urgente senectâ,
Jamq; satur vitæ, fata suprema subit.
Sed factum benè! Qui Domini digressus ab urbe
Terreni, superis gratior hospes adest.
Transcriptus Domini Dominorum scilicet urbi,
In quâ mansurum gaudet habere locum.
Plaudit Apostolicus, plauditq; Prohæticus ordo?
Divorumq; polus quantum habet indigetum.

B 2

Tam

*Tam felici igitur quidni adplaudamus & ipsi?
Ac simili optemus conditione mori?*

Nicolaus Henelius.

U. J. D. Sacr. Cæs. Maj. nec
non Illustriss. Princip. Li-
gnic. Consiliarius, Ducatus
Monsterbergici Pro-Cancel-
larij, inclitæq; Wratisl. Reip.
Syndicus.

EXilium vita est, peregrinis errat in oris,
Vitæ cui Parcæ stamina certa neunt.
Patria sed cælum vera est, quò tendimus omnes,
Nullus ubi luctus, gaudia mille, joci:
Exilio, Hofmane, es subtractus, & incola cæli
Delitias veras, gaudia vera capis.
Spargite nunc tumulo violas, & talia vota
Fertè: ò Hofmani molliter ossa cubent.

Lipsiæ deproperabat.

Christophorus Preibisius,

Phil. & J. U. D. Professor.
Publicus, Facultatis Juridi-
cæ Senior, Sacræ Cæsareæ
Majestatis Aulæ & Palatii
Imperialis Comes, Sacri Ro-
mani Imperii Exemptus.

Mors homini impendet duplex; unam error Adami
Arboris ob vetitæ poma comesta fovet.
Hæc est communis cunctis qui sorte caducâ
Humanae carnis corpora fluxa gerunt.

Aliera

Aliera terribilis gressu properante sequetur
Post missa extremi pondera judicii! Apoc. 20. & 21. cap.
Cum terrore gravi percussa caterva malorum,
Decidet in stygii stagna profunda lacus.
Hæc demum suibunda suos arrodet in alta
Secula, tormentis consociata feris.
Sed non subjecta est isti gens enthea, firmâ
Qui Christum Dominum speq; fideq; capit.
Hora statim tandem punctis contacta monebit, Joh. 5. cap.
Ut tuba divinâ percita voce canat.
Quâ resonante viri per mundi tempora primi
Prognati humano semine quot quot erunt;
Procedent omnes vestiti carne priore
Et tumulis, nullo deficiente, suis.
Et post judicium justorum turba beata
Ibit in ætherii lucida regna poli.
Injusti contrâ, & peccati mole gravati
Cum luctu horrifono tartara se va petent.
O multum felix, ò terq; quaterq; beatus,
Qui superi cæli gaudia lata feret.
O nimium infelix, æterna in tempora divi
Quem niger inferni Carcer & umbra teget.
Cum quibus Hofmanus noster jam morte peremptus
Fortè suam partem, noscere vis, capiat?
Dum vixit, verbi divini praco fidelis
Cum fervore aliis dogmata pura dedit.
Hinc propter nomen JESU quoscunq; labores
Infracto semper pectore sustinuit.
Quin imò officio pulsus, cathedrâq; remotus
Exilium durum pauperiemq; tulit.
Et quia sic Dominum Christum constanter amando,
Perfecit summi jussa sacrata Patris;

B 3

Pro-

*Proposuit q̄ sibi iusto certamine vitam,
Et vitæ Christi facta imitanda simul:
Quis neget agminibus sanctis super aethere mixtum
Nunc ipsum lata mente quiete frui?
Gaudeat in Calis ergò, & latetur in avum
Hofmanus, recinem jubila grata DEO.*

Scrib.

Joannes Dobricius
Philosophiæ & Medi-
cinæ D. Phycus Rei-
publ. Vratisl.

Ad

**Dnn. Caspar. & Godefrid.
Hofmanos**

Dn. Parentis obitum
lugentes

Vivimus hoc, sæcli, quo nec suprema, maligni,
Nec nimium fuerint fata dolenda, pii.
Hujus, ne videat, questuq̄ ad sidera tollat,
Quæ toties patitur facta nefanda mali.
Illius: Instructus ne mentem fraude, dolisq̄,
Anxia conficiat corda dolore, boni.
Sin lugendus uterq̄: Hic quod sequioris ab usu
Vitæ illum ad frugem non revocare queat.
Improbis, immensæ quod nunquam pondera culpæ
Flêrit, in orcinas præcipitatus aquas.
Sed vestri plangenda quis æstimet esse Parentis
Fata, nisi id natos pagina sacra velit?

Susti-

Sustinuisse vices Defuncti namq̄ potestis,
Tu Caspare foro, Tu Godefride choro.

Deprop: Condol. contestatus

Christophorus Hain
à Löwenthal. Bojoh. Lib.
Baronat. Trachenberg.
Cancellarius.

Manibus

Beatiss. Hoffmannian.

S.

Hofmanum in serâ rapuerunt fata Senectâ,
Et vitæ saturum continet alma quies;
Hunc tamen ablatum largis nunc Ipse LYCOPHRON
Intempestivè, conqueritur lacrymis.
Et VERI & PACIS custodem Ecclesia luget:
Hunc deflet Sanctum Relligionis opus.
Purpureus violas, collectas undiq̄, Nymphæ
Inspargunt sacro Sicelides tumulo.
Nos, quotacunq̄, Senis pars non postrema sepulti,
Funereo adjicimus talia verba solo:
**QUEM LUGENT CHARITES, PAX, VERUM, SANCTA FIDESQ̄,
HOFMANUS CURTA HAC CONTUMULATUR HUMO.**

Caspar Keselerus
Lignicii ad D. Virg:
P. Consistorialis,
& Superintendentiæ
Administrator.

Ad

AD TUMUL. HOFMANIAN.

ILLE DEO-SACROS inter pars sedula Myſtas,
 Ille DEI doctus Flamine, præco DEI;
 HERNSTADII DUX ille gregis, quem dogmate verbi
 Paſtor ut irrigui gramine pavit agri
 Cui Pietas famam, SOPHIES cultura favorem
 Ingenuæ, doctos inter, habere dedit,
 HOFMANUS ſitus heic SENIOR. Vis plura, viator?
 Heic IOVÆ miles TECHNOSYNESq; cubat,
 Dum fuit, iſta viro fuit unica cura, ſacrata
 Phæbeaq; ſequi prælia militiæ,
 Illic EUSEBIES denſos ruit acer in hoſtes,
 Heic SOPHIES hoſtes ſternere cura fuit,
 Miles utrimq; bonus, bello præclarus utroq;
 Hinc docti geſſit ſchema, piiq; viri.
 Nuncillum morbo victum Mors atra triumphat,
 Læta viri ſpoliis atq; ſuperba novis.
 Sed fruſtra! Natos ne vides? EN! ille togatæ,
 Hic ſacræ ſequitur prælia militiæ.
 Hi quoq; pugnabunt, & ab hoſte tropæa fugato
 In bello IOVÆ TECHNOSYNESq; ferent.
 At noſter Senior, cinctus ſua tempora lauro,
 Victrici palmam fert oleamq; manu.
 Heic ubi, Diribitore DEO, ſua præmia captat,
 Inq; beatorum PACE beatus agit.
 Euge VALE SALVEq; DEI cariffime miles,
 TECHNOSYNES doctæ miles honore, VALE.

M. Ad. Thebeſius

Eccl. Lig. Pet. Paul.
 Paſtor & Conſisto-
 rialis.

Sa-

SACHARIAS HOFEMAN

per Anagr.

OH IN FAMA SACRA ES.

D Ant tria honoris Opes, claraq; inſignia Fama,
 Scilicet artis epos, cum pietate fides.
 Te Pietas, Te Ars, Teq; Fides, HOFMANE probate,
 Commendaverunt: Hinc Anagramma tuum:
 OH SACRA IN FAMA ES! numero ſub Theologorum
 SACRORUM, quorum FAMA perennis erit.

Theoph. Feigiſius

P. L. C. in Ducali Jo-
 HANNEO Lignic. Paſt.
 & Conſiftorialis.

Estne Pax? Quæ Pax?

2. Reg: 9. v. 22.

JORAMUM regno cum privaturus a viro
 JEHU, urgente DEO, peteret victricibus armis,
 Miſſus in occurſum venientem præco ſalutat:
 Num pax? Cui JEHU: Quæ pax? age jungere caſtris
 Hiſce meis, inſit, pergenſq;, volatile ferrum
 Vulnere lethali JORAMUM miſit in hoſtem.
 Eheu! quam multis Eccleſia Chriſtias annis
 Num pax? ingemuit: præcones pacis ad aram,
 Alme Deus pacem noſtris largire diebus,
 Non interruptis orarunt undiq; votis,
 Pacis amor clamorq;, ſacri laquearia templi,
 Privatasq; domûs & agros, imò æra totum
 Replerunt. Contra; Qui pax, ait Arbiter orbis
 Danda foret genti, quæ quanta eſt, turpibus auſis?

C

No-

Noxisq; in cælum clamantibus, omnis abundat,
Nescia converti vitæ melioribus orsis.
Bella habeant, qui bella volunt, alimenta furori
Nostro apportantes: Hæc secum mente volutans
HOFMANUS, præco HERNSTADIÆ venerabilis aræ,
Sæpius ingenuo, ceu clangens buccina, Zelo
Vocem exaltavit: Mortalis homuncio Pacem,
Cum IHOVA compone prius, de hinc expete pacem,
Eluc noxam hodiè, & vitæ putentis amictûs,
Inq; bonos migra mores, cras aurea pacis
Dona potes sperare, Orciq; inhibere rapinas.

Frustra! verba miser nil proficientia perdit.
Ergo funestas acies, mundiç tumultûs
Pertæsus, pacem cælestibus expetit oris.
Nulla quies, in fit, terris, piè Rector Olympi
Inferre me cælis, ubi pax æterna quieto
Expectanda gregi: DEUS haud indigna precante
Audiit, eç Soli turbis in cælica tempore
Transtulit abreptum, securo ubi lumine ridens
De mundi rixis, orciç furore triumphat.

O felix HOFMANE, poli qui pace potiris
Inter cælicolas: Pacis Dator unice JESU
Et nos pace bea, pacem quia denegat orbis
Fac nos participes æternæ pacis in astris.

*B. Manib. Theologi pii & de CHRISTI
Ecclesiâ bene meriti
lug. març. f.*

Matthæus Ruthardus
Lubenensium Ecclesiastes
& Decanus.

Exul

EXul Svidniciò es FLASCHNERUM, HOFMANE, secutus,
Cum Lygium peteret tristis uterq; solum.
FLASCHNERUS Lygiò migrans HERNSTADIA templa,
Lætus in it, Pastor fit moderante DEO.
Nec mora; FLASCHNERUS vitâ exit, templa relinquit
HERNSTADI, & lætus cælica templa petit.
Isthoc officio es FLASCHNERUM, HOFMANE, secutus:
Pastor & HERNSTADI fis, moderante DEO.
Jam quoq; vitâ exis, concredita templa relinquis
HERNSTADI, & lætus cælica templa petis.
Exfilio, officio comes es qui factus, is ipse
Fatali, ecce, comes nunc quoq; sis tumulo.
Sed solet exfulibus sic dia favere Pronæ,
Officioç novo, ac hospitio tumulo.
Svidniciò quoq; vester eram comes exsul, JOVA
Det quoq;, quando placet, fim comes ad tumulum.
Quo mundo egrediens vobiscum habitacula Olympi
Ingrediar, sanctæ & gaudia Pacis agam.

M. Johann. Folimhaus
Illustrissimi Ducis Lignicensis
in curia Ducali Wolaviensi
Secretarius.

Ad
piè Defunctum Seniore
DN. ZACHARIAM HOFMANUM.
Spes tibi nobiscum augusta fuit aurea pacis,
Hactenus heu! quâ nil dulcius orbis habet.
Spes, sed vana fuit: Solidam componere pacem,
Non hominum, res est solius illa DEI.

C 2

Ergò

Ergo reperta poli tibi constantissima pax est,
ZACHARIA; nobis usq; negata Solo
Qui DOMINI MEMOR atq; tui super orbe fuisti,
Officio, exemplo, Pastor, honore, fide;
Tuto inter, Senior, Seniores incolis astris
Templa, beatorum pax ubi tuta viget.
Tutior an quis te, terrisq; beatior extet?
Ad pacem transfer nos quoq;, CHRISTE, brevi.

Andreas Celichius,
Eccl. Luben. Past.
& Decanus.

Ultimum colloquium Generi
cum defuncto Domino
Socero.

Gener O Venerande mihi Socer, ô Socer optime, sic Te
Tâm subito nobis Mors violenta rapit?
Socer Non dilecte Gener, me mors, sed sancta voluntas
A vobis summi iussit abire DEI.
G. Annon delitium, imo tuæ pars optima vitæ
Barbara te Conjux hic retinere potest.
S. Barbara chara mihi, miseræ comes optima vitæ
Quâ cum vita mihi, quâ sine nulla fuit;
Vixissem tecum; aut esses tu mortua mecum,
Si starent votis vitaq; morsq; meis;
Sed me JOVA mori voluit, te vivere; laudi
Illius cedat Mors mea, vita tua,
Jam dum me sequeris, deserta ut turtur ab ulmo
Paucula quæ restant tempora vive, vale!
G. Annon sacra DEI, venerans te, Ecclesia, cætus
Hic nobis vivum te dare porrò potest?

S. Suffi-

S. Sufficit in terris hucusq; fuisse ministrum
Sacrorum; his posthac præstat adesse polo.
JOVA meis aderit de alio Ductore fideli
Dilectis ovibus prospiciendo suis.
G. An non te gnati sat fausto fidere nati
Præsertim impubes, te revocare queunt?
S. Cui dederam ex utero charos, mea pignora, gnatos
Præsertim teneros, doq; dicoq; DEO.
G. Annon noster Amor, non gens dilecta nepotum,
Vel dum viderimus, Te, retinere potest?
S. Svavis Amor vester, svavis gens chara nepotum;
Qui vocat at DEUS est svavior ipse mihi.
Et si vidisses me vix dignoscere posses,
Tanta erat ætatis facta ruina meæ.
Quid? quod & heu strepitus inter tristesq; furores
Martis adhuc vobis conspiciendus eram.
At breve me in pace, & claro fulgore coruscum,
Cælesti in patriâ, quando videbis, erit.
G. Ergo Socer venerande cum inexorable fatum
A nobis hâc Te jusserit ire viâ,
I Decus ô nostrum, cælestibus utere donis!
Donec nos dederint fata benigna sequi.

non sine singulari animi perturbatione pos. à

Johan. Bleuelio
Ecclesiaste & Seniore
Raudenensi b. Defuncti
Genero.

S At vixi in terris, vidi mala multa tuliq;
Semper & expertus, deteriora sequi.

C 3

Hinc

Hinc vita satur opto mori, celumq; petesso:
Vitam quod sine dat morte, malisq; mihi.
Audiit haec mea vota DEUS. Caro tuta quiescit
In tumulto. Gaudet Spiritus ante DEUM.
Qui mala, quiq; malos in Mundo cernere non vis:
Immo malos, immo qui mala ferre nequis:
Me sequere! in Caelis mala nulla, malisq; nec ulli.
In Mundo mala fers mille, malosq; vides.

* * *

Wer in der Unglücks - Welt hab: Ich genug gelebet:
Viel Tausend sache Noth gesehn/ vnd vberstebet.
Man sagt von Besserung? Wann wird der Anfang
sein?

Weil Mars nicht wil sein Schwert/d; Mord: Schwert/
stecken ein.

Betrübter wird die Zeit. Kein Mensch kan fast mehr tragen
Die Erden - schwere Last der grossen Krieges plagen.
Deß lebens bin Ich satt. Gott/ der deß Lebens Ziel
Mir selber hat gesteckt/ der komme/ wann er wil.
Ich wünt sehe mir hinauff in Himmel/ der mir giebet
Ein leben ohne Todt. Da vns kein Creuz betrübet:
Da vns kein Feind verjagt: Da kein Schwert wird gezückt:
Da Gott sein Heilig Volk mit Trost vnd Freud erquicket.
Diß war mein Täglich wunsch. Gott lob/ die stund ist kommen/
Da Gott den Geist hinauff zu sich von mir genommen
In sein Jerusalem/ wo lauter Fried vnd Ruh/
Wo lauter Sicherheit/ vnd alles noch darzu/
Was vns ergehen kan. Mein Fleisch wird sicher liegen
Solt auch schon Freund vnd Feind noch grimmiger bekriegen
Das Vaterland / so ihm jetzt nicht mehr ehlich siehet/
Vnd ganz in Ohnmacht liegt/ das edle schöne Stied

Der

Der Christenheit. Wilt du O Mensch/ die Trübsall meiden:
Kanst du die bösen nicht/ sambt ihrer Bosheit leiden:
So mustu folgen mir. Hier weis man nichts von Noth/
Von bösen nichts/ vnd nichts von Bosheit. Hier ist Gott/
Deß gutten reiche Quell: Aus welcher sich ergliessen
Die Brunnen alles Heyls: Womit man kan durchfassen
Das außgestandne Leyd. Hier ist / der vns abwische
Die Thränen / vnd den Geist mit Lebens - Safft erfrische.
Bleibst du noch in der Welt/ so bleibstu noch bey denen/
Die nur aus Bosheit/ dich zu quelen/ sich gewehnen.
Mit Ehrerbietigkeit must du sie schawen an:
Vnd dancken für die Qual/ so sie dir angethan.

Johan. Heermann.
P. L. C. Pfarr. zu
Köben.

VIR pius & celebris mundi fuit hujus in AULA
HOFMANUS, Templis claruit atq; Scholis.
Clarior at multo nunc vivit in Aetheris AULA;
Ceu Firmamenti stella venusta micat.
Servus erat CHRISTI terris bonus atq; fidelis;
A quo nunc caelis praemia magna capit
Felix, qui mundi sic hujus vivit in AULA
AULA ut Eum capiat. post sua fata Poli.

* * *

MORTUUS HOFMANUS; sed tantum Corpore: Fama
Vivit adhuc Mundo, Spiritu: astra tenet.

M. Melchior Maronius
Lesnæ Pol. Eccl. August.
Confess-Pastor.

Qua-

Queritur HOFMANO cur multi Epicedia scribant
Doctrinâ celebres & PIETATE viri ?
 In promptu caussa est : vera PIETATIS amator
 Et collaudator quilibet esse cupit.
 O factum benè ! nam sancta & genuina Beati
 Sedes Hoffmani mens PIETATIS erat.
 Vtilis est PIETAS ad singula Apostolus inquit :
 Vtilis HOFMANO non minus esse potest :
 Heic quia parta quies praecepto mille periclis ,
 Bellonæ rabiem non timet atq; minas.
 Cum sanctis sancta fruitur PIETATIS alumnus
 In calo aspectu colloquioq; DEI.
 Talia si quoq; Tu caelestia premia poscis ,
 Sit cordi ipsa FIDES sit PIETASq; tibi.
 Nullus enim fieri poterit sacer incola cæli
 Si non servarit cum PIETATE FIDEM.

Sympathia testamen Ravitii Polon.

Vincentius Stephani
 ibid. Pastor.

Viri Reverendi & Clarissimi
DN. ZACHARIÆ HOFMANI
 Pastor, & Senioris Hernstad, meritissimi,
 optimi Patris Filio opt.
 D. Gotofredo Hoffmano
 S. Theol. Candidato, Amico suo
 egregio, ex funere parentali
 afflictissimo

S.
EXcute luctum animo nimium, Gotofrede Parentis
 Zachariæ propter funera mæsta tui,

Non

Non Christi ignarus lumen vitale reliquit ,
 Immò Hic in corde, Hic hæsit in ore Patris
 Ille stetit famulus Christo, dum fata sinebant ,
 Immò etiam moriens Christo Animam ille dedit.
 Arida frigidulo sunt credita membra sepulchro ,
 Non trepidâ reditûs sed superante fide.
 Vidisti egregio decoratum more feretrum :
 Scilicet hæc somni, non monumenta necis.
 Semina, computribus quondam quæ credita sulcis ,
 In segetem largis surgere cernis agris.
 Triticeum Pater ipse fuit venerabile granum ,
 Nec vitæ vires credis habere novæ ?
 In sua dum spectas granaria ferre colonos
 Fruges, in cælum scito Patrem revehi.
 Esto, dum vitam seros extendit in annos ,
 Sors ejus pressit sæpius atra caput.
 Iam postquam æthereâ Ihovæ conviva sub arce est ,
 Cladibus ereptus gaudia mente fovet.
 O felicem ergò Hofmanum ; qui Pacis in aulâ
 Pro nihilo immanis fulmina Martis habet.
 At nos, dum plorat terras Ecclesia clades ,
 Auxilio Christi dextera fida levet.
 Et nos, fatales cum compleverimus annos ,
 Apponat superûm gratia dia Choris.

Matthæus Arnholdus
 Pastor Mega-Tschirnæus.

HOFMANUS moriens est factus civis Olympi,
 In terris vivens qui Peregrinus erat.
 In Mundo labor & dolor ; in tumulo requies est :
 In celo aeterna est vita parata Piis.

D

Mors

Mors Hofmane tibi non Mors, sed janua vitæ est
Perpetuæ; finit Mors bona quippe malum.
O felix Hofmane! satur vitæq; malig;
Promptus obis; letus vivis in arce Dei.
Pro sudore datur requies & larga laborum
Merces, & fidei pro pietate Salus.
O venerande Senex salve! ætheria indiges Aula
Et Civis salve perpetuq; vale.

M. Jonathan Tilesius
Past. & Sen. Herrnstad.

Officiosa, Viri venerandi in Carmine docto
HOFMANI Multis, docta Camæna fuit.
Huic quoq; defuncto gemitus, Lachrymasq; fidelis
Officii testes, reddere poscit Amor,
Præcipit & Pietas illi persolvere Honores
Dignos, & versu funderè triste melos.
Hæc sunt, quæ cogunt unâ monumenta doloris
Me, justî, Mystæ promere, ferre pio,
Hunc vivum [testor] colui benè, Morte peremptum,
Ex animo toto lugeo, ploro, fleo.
Theiologus multis nam doctior antistabat,
Ceu sublime Caput cætera membra premit.
Charus erat cunctis, quos rarior urget, & armat
Intimius veræ Religionis amor.
Extitit is DOMINO sed charior; INCOLA CÆLI
Fulget: Ei hanc Sortem gratulor; opto mihi.

Scribeb. ex amore singulari
erga beat. Defunct. F.

M. Balthasar Rohrman
Ecclesiæ Auris: Pastor.

Parodia

Od: 13. lib. 3. Carm. Horat.

O Mysta HERNSTADIÆ, proximior DEO,
Omni digne metro: non sine lacrumis
Nunc elaberis ævo,
Cui Mors effera viribus
Priscis, interitum & funera destinat.
Frustrâ: Nam Patrios promeruit Tibi
Fuso sanguine campos
Æterni suboles PATRIS.
Te grassantis atrox prora ferocia
Nescit tangere: jam littus amabile
Fessis Munere membris
Aptas, & lateri pio.
Audis nobilium Tu decus artium,
Re dicente tuis expositam indolem
Scriptis, unde perennes
Musa prosiliunt tuæ.

fac. Lignitii

Georg Thebesius

Eccl. P. Paul. Archi-
Diaconus.

Occidit annosæ fractus langvore senectæ
Ille sui Pastor Mysta Decusq; gregis.
Occidit immitti sublatu falce Lycophon,
Gemmula doctorum deliciæq; virum.
Occidit aoniæ nitidissima gloria gentis;
Cui dederat sanctos sacra Thalia sales.
Ecce tacent fletuq; madent pia Numina Pindi
Audio Phœbèam triste sonare chelyn.

HOFMANUM dolet illachrumans, qui dum superesset,
 Commissio fuerat formula certa gregi,
 Sæpè malas Sathanæ fraudes, persæpè furores
 Militis ardenti, iussit abire, prece.
 O nimium dilecte DEO qui tristia belli
 Castra, satur mundi, morte trahente, fugis.
 Nos decet ex imo suspiria ducere corde,
 Et tepido mœstas imbre rigare genas.
 Namq̄ impune viros magnos nulla extulit ætas,
 Grande quod est grandi non sine clade ruit.
 Aëriam si quando ferit vis effera quercum,
 Hei mihi quam multas mors parit una neces.
 Si qua cadunt rigidi sublimia culmina montis,
 Subjectas sternit vasta ruina domos.
 Nec longas HOFMANE migras tu solus in umbras,
 Herrnstadii tecum diruta tecta jacent.
 Bartschiades noctesq̄ vagas ululatibus implent,
 Atq̄ la vant longos rore cadente dies.
 Donec erit Piëtas, donec viridaria Pindi,
 Ornabunt Manes carmina docta tuos.
 Ipse tui nuper pars non postrema caloris,
 Adjicio affectûs pauca verba mei:
 Occidit HOFMANUS, viduum tristetur ovile,
 Credat & emeriti se tegere ossa viri.

Sebast: Alischerus.

P. L. C. Diaconus Lignic:
Petro-Paulinus.

Ad

DN. SEBAST. ALISCHERUM
Ecclesiæ Pet- Paul. Lignic. Diac.

De morte

Dn. Zachariæ Hoffmani
Pastor, Herrenstadiens.

Ergo

ERgò meas Musas HOFMANI in funera poscis,
 Dulce DEO & Musis charum ALISCHERE caput,
 Herrnstadium HOFMANUM commendat sacra docentem:
 Commendant doctis Carmina, quæ cecinit:
 Commendat morum probitas, & vita piè acta,
 Quæ fuit Exemplar dulce decusq̄ gregis.
 Ergò viri virtus & honos florebit in orbe,
 Promissa at heræâ mem bona sede capit.
 CHRISTE fac intereâ requiescant molliter ossa,
 Ultima lux donec salva ea restituat.

Honori debito B. defuncti
ponebat

Michaël Hene Vratisl.

SACHARIAS HOFMANUS

Ecclesiæ Herrnstadiensis Pa-
stor & Senior.

Anagramma climatis aspir.

Emoreris. Sane ast cessant sic aspera, Sane
DEI coronat Filius,

Epigramma.

UT Pius emoritur, cessant Crucis aspera fata,
 Quæis actus est immitius.
 Sanctaq̄ perpetuæ succedunt gaudia Vitæ,
 Splendorq̄ Solis æmulus.
 His tu, sancte Senex, frueris nunc lætus, ovanq̄
 Célestia inter agmina;
 Fulgensq̄ æternum, CHRISTO imponente, Corona,
 Tuum undiq̄ allambit caput,
 Tot post Exilii mala, defunctosq̄ labores
 Concrediti tibi muneris.
 Felix! &, quoties non est numerare, beatus,
 Qui tam vices lætas facit!

D

Sic:

Sic datur indugredi DOMINI pia gaudia Servo
Studio, Fideq; cognito.

Mich: Bartschius.

Fidus erat multis Hofmanus Pastor amicis
Hernstadiæ; ast ovibus fidior ore suis.
Ore, manu & calamo cunctis fidissimus urbes,
ACH FISO dempta est jam nece CHARA MANUS!
Sed quoq; fidus erat DOMINO sine fine supremo:
Nunc igitur vita gemmea ferta feret.
Ex condol. animo scribeb.

Tobias Barthisius.

TE quoq; sancte senex, Te nobis eripit illa,
Quæ nulli suevit parcere, Parca, viro.
Sed terris exis, cælos ut promptius intres:
Principe parte tui. Mente, superstes agis.
In cælo vivis, Mundumq; orcumq; triumphas;
Pasceris aspectu, more & amore DEI.
Non minus interea per apertos undiq; tractus
SILESIAE, revolat Fama volatq; tua.
Cui sic concessum est vitale relinquere lumen,
Næ terra & cælo teste beatus erit!

Christophorus Albinus

Eccles. Lesn. August. Con-
fess. Diaconus.

Multorum thalami, diversaq; marmora doctum
Sunt HOFMANE tuo Carmine nota Virum,
Nunc etiam umbra meum tua Carmen habebit, idemq;
Officium, multis quod dedit, accipiet.

Accipiet,

Accipiet, simul atq; mori te Musa vetabit,
Nam terris nomen, nam tibi fama polo.
In terris vivit nomen, super aethere restat
Gloria, Fama tibi hâc conditione bonas.

Lugens & Lubens hæc adje.

Johannes Rosatus

Eccl. Marianæ Ligu-
Diaconus.

TU quoq; ZACHARIA, nobis valedicis Amice,
FRANCFURTUM intranti quem mihi junxit amor.
Sic nempe in mundo nulla est confortio constans,
Optima Amicorum corcula Morta rapit.
Decretum est Phiseos, quantum quis promovet annis,
In tantum vitâ submovet ille sua.
Omnibus à statione aliquando est abscedendum!
Omnes immitis victima mortis erunt:
Sive id temporius fiat, seu serius omnes,
Fors, quis at observat? dum loquimur, sequimur.
Sic nihil est nobis lætum, necat omnia lethum,
Injiciunt nobis singula morte metum.
Solamen tamen hoc superest, quod perdimus, illud
Æternus duplici fœnore reddet Honos.
Quiq; piè in DOMINO moriuntur, deinde resurgent,
Cumq; piis juncti calica regna petent.
Interea in terris vivit tibi nomen honosq;,
Ac meritorum ingens Gloria perpes erit.

Amico suo veterrimo
scrib.

Jeremias Tschonder

VratisL. Philosoph. M.

Para-

Paraphrasis Dicti Galat. 2. v. 20.

b. Defunct.

DN. HOFMANI Gnomæ
Symbolicæ.

Vivo equidem, verum vivo non amplius in me;
Pectore sed Christus vivit ovatq. meo.
Verus Homo atq. DEUS per verbum Christus JESUS
Sacri in me vivit Flaminis auxilio.
Qui mihi mancipio mortis se se eminus unus
Immenso totum motus amore dedit.
Imò meâ, ipse suam pro vitâ tradidit ipsam
Vitam, morte suâ diripiendo meam.
Hinc mihi qui totum se tradidit, huicce vicissim
Me totum calido corde fideq. dico.
Et quia Carnis adhuc in carne hâc sentio vires:
In Christum has vivâ vinco subinde fide.
Cum CHRISTO hic passus, crucifixus, mortuus, isthic
Æternos cum Ipso lætus ovabo dies.
Proin' Caro, munde, Sathan, mors, ringe, secaq. necaq. :
Me Christus, Christi & vita Salusq. manet.

Hiscè brevibus

Summam Concionis funebr. pro voluntate

Dn. Senioris à se habitæ debite ovu-
ta & deas contestandæ gratiâ
exprimere voluit

Martinus Harresius Past:

Sandewald: in District:

Herrnstad.

Pone pedum, Pastor, consveti desine ductûs,
Incipe jam requie cor recreante frui.
Sic Te Pastorum Princeps affatur JESUS,
ZACHARIA, Pastor nuper amate gregi.

Obse-

Obsequeris, [Domino fas est parere Ministrum:]

Ponis & adnutum, mente volente, pedum.

Jam pastum satis est, satis est in munere curâ

Per spectum, satis est notificata fides.

Prodiit in patulam Fidei constantia lucem,

Quando ferox stygii sæ viit ira Lupi.

Sivè suas tacito clâm fraudes texuit astu;

Sivè palam pavidas vi tremefecit oves:

Cura fuit, ne quid damni pateretur ovile,

Ne scabies purum læderet ulla pecus.

Hanc jam millecuplo compensat fœnore curam

Gratia supremi, cui famulatus, Heri.

In paucis fidus multis, post pauca, potiris:

Gaudia munifici certa capis Domini.

Felix, qui Domino servus sic servit, ut Hares

Partarum DOMINI constituatur opum.

M. Henricus Closius

vetustissimæ Vratisl. Scholæ ad
D. Mar. Magd. Moderator.

Vivit post funera Virtus

DN. ZACHARIÆ HOFMANI.

Virtus periret differentibus

Vitæ lacertis? & Sipientiæ

Decor laboraret, cerebro

Artificis minitante frigus?

Vix dixerim, vix tanta gravamina

Mentem eruditam mordicus occupant.

Fac antra mortis Virtuosus

Immeet, haut tamen ipsa virtus.

Tu, Vir, beata, tu solidissime

Sero nepoti compos habebere

Felicitatis, Vir minaci

Mortis acinace non peremte.

Non usitatâ nec tenui feret

Pennâ perennis per liquidum æthera

Te fama, magnos apparatus

Enumerans, animiq. dotes

Quæis pectus arsit dives, At interim

Mixtus supremis carpis amabilem

Choris quietem, tinctus AGNI

Salvifico REDIMENTIS ostro.

*

*

*

E

Colte

Solte denn die Weisheit sterben?
Solte Nahm vnd Geist vergehn?
Solte dem der Mensch verderben/
Wenn der Leib muß abestehn/
Derer Leuthe / die auff Erden
Durch die Kist vnsterblich werde?
Mein: Daß lehren / lesen / Sinnen/
Das ein solcher auffgewagt /
Vnd das mühsame beginnen /
Bleibet ohne Nacht betage.
Kan die Feder nicht mehr mahlen
Muß vns den der ruhm bestralen.

Wol Euch / der Ihr also lebet
Alter Herr / nach eurer zeit/
Der ihr ohne furchten schwebet
In der grauen Ewigkeit.
Nu ihr habet das Izel getroffen
Stehet Euch der Himmel offen.
Ob das Leben auffgehört /
Bleibet doch der Nahme stehn;
Lebet ihr doch vnversehret
Wo die schönen Seelen gehn/
Die das Himmel-Kleid geerbet
In des Lammes Blut gefärbet.

Laurentius Baudisius

Lignic. in illustri Johan. Diacon.

Armis Hipponem cum trux circumdedit agmen;
Interitusq; urbis visus adesse fuit:
Doctorem Monicâ prognatum, manibus istis
Conclusum, votis expetiisse ferunt:
Tristi vel cives hac obsidione levari;
Vel se se ex istâ colluvione rapi.
Audiit ergo preces fusas, & morte solutum,
Sustulit ad cæli tecta beata DEUS.
Scilicet horrendas urbis spectare ruinas
Nolens, orbe virum cedere iussit EUM.
In Patriâ cum sæva minas spiraret ubiq;
Bellonæ rabies, arma cruenta parans;
Rura quibus vastans regionis, & oppida, cunctis
Prælia misceret sanguinolenta locis:
Presbyter HOFMANUS calidis quoq; sæpè rogavit
Votis, averti tam furiale malum.
Vel placidâ gratæ se tradi morte quieti:
Nè tam dira sibi fata videnda forent.

Audiit

Audiit ista, suo, DEUS, hæc mala publica nutu
Qui regit; & iussit sede migrare Senem.
Orbem linque citò pede, ait: fuge protinus istas
Terras; non nisi, quas, horida bella manent.
Rumpe moras: cæli pete regia tecta beati:
Pax ubi, perpetuæ lætitiæq; vigent

M. Jacobus Rollius
Schol. Wschov. Director.

Occidit Hernstadii, Hermstadii mage dicere cogor,
[Mars, Mors, Hernstadium nam Hermstadium esse volunt.]
Mysta Dei Hofmanus Senior, quem dia Pronæa
Et clarum & carum fecit adusq; sibi;
Dicite felicem Hoffmanum, qui ducitis auram,
Occidit Hermstadii, vivit & Hernstadii.
Hernstadii in celis puta, ubi non amplius audit
Hermstadium, sed ubi nos manet Hermstadium!

Martin. Hauschildt
Munst. Eccl. Winc. Diac.

Praeco Dei verax, opifex Anagrammatis aptus
HOFMANUS, cunctis officiosus obit
Ibitis exsequias fero pietatis honori,
Queis curæ est veræ Religionis amor.
Ille gregem Christi per pascua læta Sionis
Duxit, & ætherei pavit ab ore Patris.
Quod monstravit iter digito tot millibus olim,
In Christi merito scandit ad astra poli.
Ibitis exsequias, Divorum turba, Poëtæ,
Queis cordi est melici publica fama Viri.
Quot thalamos, cunas, sortes, tumulosq; virorum,
Ornavit, cui vis officiosa manus?

E 2

Ille

Ille meas etiam tædas Anagrammate dixit :
 [CURES, SIS PULCHRO, Sponsæ Colere, THORO.]
 Ibitis exsequias, Vos, Musica turba, clientes,
 Quos operâ juvit consilioq; Senex.
 Quæso quot illorum, vel juxta Numen eidem,
 Fortunæ debent limina prima suæ.
 Ibimus ergo simul, Grex Christi, Musa, Clientes
 Pastori, Vati, Præsidioq; bono.
 Ibimus atq; illum memori cantabimus ore,
 Gestantes penitâ mente sinuq; Virum.
 Hæc pia verba leget saxi incisa Viator.,
 Quæ famam functi testificentur anum :
 HEIC JACET HOFMANUS, CHRISTIANI PASTOR OVILIS,
 EXIMIUS VATES, OFFICIOSUS HOMO.
Allusio ad piæ Defuncti Cognomen.

QVi sis, qui fueris, variato schemate vestrum,
 Monstrat in orbe vetus nomen, in axe novum,
 Audieras olim terræ SPERATUS in oris :
 Sperabas etenim regna beata poli.
 At nunc Eulogio splendentior AULICUS audis :
 Te SPERATA etenim nunc tenet AULA DEI,
 Verdeutschte.

Wie du gewesen hier / vnd droben jetzt bist worden /
 Das zeigt dein Name hier / vnd dort im Himmels Orden.
 Man hieß dich Hoffeman hienteden auff der Erde ;
 Diweil du hast gehofft daß dir der Himmel werde.
 Nun hastu Hofman erst den Namen überkommen /
 Weil du deß Himmels Hoff nach Hoffnung eingenommen.
*Publicè & privatim de me olim bene
 merito Fautori Feci*

Christophorus Colerus
 Professor Histor. & Bibliothecarius.

Fallimur.

FAllimur, HOFMANUM si totum obiisse putamus :
 Ingenium & Pietas non tumulantur humo.
 Scilicet, emuncto quos sudit acumine versus,
 Casurum nullo tempore nomen habent,
 Quæ sacra commisso populo mysteria Jovæ
 Nervoso interpres tradidit eloquio,
 Sancta tenent celi caelestas Flamme mentes,
 Inq; pios usus pectore firma sedent.
 Sic quis quis sacri vulgata oracula verbi
 Ruminat, & numeris verba ligata legit,
 Accinit, HOFMANUS nullo reticebitur avo,
 Dum laudum Pietas Ingeniumq; ferent.
 Ergo fatebuntur quem posthuma vivere secla,
 Quomodo nunc dici mortuus ille potest?
Vratislavie fac.

Matthias Machnerus.

NÆ fragilis vitæ, fragilis vel & exulis umbra est,
 Nocte diuq; sumus deteriore manu !
 Nomen in omen abit ; verax Hoffmanus & ipse,
 Non fragilem ; at stabilem deperiendo tholum,
 Enthæ regna subis, cælestibus addite turmis
 Alligeros inter mactus & auctus ovas.

*Musa extemporanea Condolentiæ
 ergo effusa*

M. Pauli Storckeri

Trach. Sil. P. L. C. Po-
 lonico & Germanico
 Idiomatico Mega-Bargen-
 sium Pastoris.

QVis modus exequiis ? Sacri clarissime vates,
 Vitam qui Pylis vivere dignus eras,

E 3

Tu

*Tu quoq; abis Hoffmane? Bonis privamur ubiq;
Nil prater tumulos, ac mala quicq; videt.
Nunc vere demum gemebundi vivimus illa
Tempora; quo triste est vivere, dulce mori!*

Condolent. é. f.

M. Martinus Koftman
Scholæ Lign. R.

Vir Rever. & Præ-Clariss.

Dn.

SACHARIAS HOFMANNUS
Pastor Herrnstadi & district. Senior.,
jam beatus, extorsit

Michaëli Spœrero L. S. P. C.

Hunc gemitum

Metagrammaticum:

CHARUS IN FOSSA MANA.

CHARUS eras vivis; Post mortem charus Jovæ es,
IN FOSSA tua sunt membra; anima ante DEUM.
Nunc claro totum per mundum nomine MANA,
Dum sacra Pegasei flumina fontis eunt.

Ἐπιγραμματίον.

Κυριακῆς πόντου Ὁφμαννὸς τέθναα κήρυξ.
ἔυγ' ἰα χερὶ δίδουαι, καὶ ῥόδα πάλαι τάφῳ.
ὡς γὰρ ἰοῖς τε ῥόδοις τε βίων χαρίεις εἶπε,
τοῖς ἐν ἰοῖς ὑπὲν ἄξιος, ἠδὲ ῥόδοις.

Ἐπιτάφιον.

Οὔποσι Ὁφμαννὸς λίθος ὅσ' ἔα νεκρὰ καλύπτει,
σωσικὸν ὅς μετὰ ῥῆμα δίδαξε θεῶν.

καὶ

*καὶ διδάχῃ ζῆσεν βίον ἀγαθόν. Διδάσκων
ἦθεον ἠδ' ἔπειν, καλοδιδάσκει ἄλλος.*

ἐπὶ τὴν τῆ μακαρίτη τμῖν

συνετίθη καὶ περὶ τῆς

Melchior Höffichen/

In valle Benedictionis heu!
quondam Pastor.

Beatos Manes

Alloquio hocce

I.

ANAGRAMMATICO.

SACHARIAS HOFFEMANUS, SENIOR,

(altera aspiratione elisâ)

OFFERS IHOVÆ MANANS SACRIS.

Offert ille suum Satanæ, fons estq; malorum,

Unde bono IHOVÆ munera nulla fluunt.

Offert iste suum Mundo, ceu glutine junctus

Mundanis, Cœli nec meminisse cupit.

Offert hicc suum Genio, sibi vivit & ipsi;

Illecebris Carnis mens viciosa scater.

Non hoc non isto, non illo complice gaudes,

ZACHARIA; est Tibi cor, quod MEMOR est DOMI-

Omnetuum JOVÆ quippè OFFERS mente sequaci: [NI-

Quid MANANS SACRIS dicitur omne tuum.

Est Animus MANANS Tibi SACRIS, Lingva Manusq;

Hæc OFFERS IHOVÆ singula, clare Senex.

Pol! vivus-moriens, moriens vivusq; JEHOVÆ

OFFERS, quod SACRIS MANAT & usq; manet.

Munifer oblati his quanta Brabeia reponit

IHOVA Tibi? EN! OFFERT IHOVA Tibi omne

II.

[Suum.

EPIGRAMMATICO

Ad

Ad Cognomen Ejusdem Teutonicum.

(. Hoffmann/ Hofmann.)

NOMINE SPERATUS qui, re AULICUS ille beatus;
Næ! VIR erasq; SPEI; hæ! AULICUS esq; DEI,
Sedulus in terris qvi IHOVÆ Mystra fuisti,
Nobis in coelis AULICUS, euge! clues.
Scilicet: Haut Mundi te sordida Caula; sed AULA
Splendida jam coeli sat recreare potest.
O SENIOR, Senium modò Te non conficit ullum;
Angelicis flores viribus atq; VIR-es.
Bis-duo-jam denis, SENIOR, Senioribus adstas;
Alba Tibi vestis, Dia Corona datur.
Hæc; quod in æteinum cum JESU lætus ovabis;
Illavè; quod JESU sanguine lotus eras.
Nec Te SPES ludit: cœlestem suspicis AULAM.
Cui, SCIO, SIM FISUS, dicis; & AULA tua est,
AULA, ubi fas, Meriti ter-digna Tropæa tulisse;
AULA, ubi non fidis; sed BONA CUNCTA vides.

Mærentibus,

debitam *συνωδελφίαν* declaraturus
amicumq; Solatium additurus,
prosequitur

Godefridus Bolius,

Wolaviâ-Sil Ecclesiastes
in Eschelesen.

ET vos, Satus Hofmannidæ Propagines;
CASPARE cumprimis, amate primitus
Ut prima nos lanugo nondum vestiit:
Et vos Parenti destinati lugubres,
Ad busta justè comparata, nenas?
Sic nempè nos Fatalis ordo subsequos,

Morta-

Mortalitatis lege, cunctos postulat,
Et nenas aut Liberis. aut Patribus,
Si quos suorum fata tangunt, præcipit.

Fervere messem viderat vicissimam

Geminamq; Tellus fructuosa Patria;

[Tellus vè dicam luctuosa Patria?]

Vt lampadem DBO sacrati muneris.

Quâ Concio Leuttmanniana convenit,

Vestro meus Parens Parenti tradidit:

Hanc mortuus nunc ipse tradit alteri,

Hernstadiana quâ docetur Concio,

Perpenditis rerum vicissitudines

Et quam brevis sit vita clausa termino,

Dilecti Amici; Perpetuè gaudia

Mansura vitæ corde mecum fervido

Desideratis: ubi Parentes Felis

Nobis, Parentibusq; sancti Filii

Reddemur omnes, reddier magè nescii.

Annon sub imo cogitantes talia

Cordis recessu, suppetit solatium,

Quo temperetis, in Paterno funere,

Pietate susas eliquante, lacrumas?

Medicina non est lacrumis præsentior

In Mortibus Charissimorum, quam datus

Resuscitati morte CHRISTI, HOMINIS-DEI,

Nostræ resuscitationis arrhabon.

εὐνοα ληΐ Cas τε καὶ ζυμπαραμοῦθ Cas
Breslâ precat.

Valentinus Kleinwechterus

Schol. Magd, quæ ibidem est, Con-R.

HOFMANUS VIXIT, qui CHRISTI præco fidelis:
VIXIT, & [heu! miserum est dicere] præco FUIT!

F

Audiit

Audiit HOFFMANUS, sed non fuit Aulicus: orbis
Aulicus ut raro coelicus esse potest!
HOFFMANUS potuit nam, quâ malus Aulicus exest,
AULA tua asseruit regia, CHRISTE, SUUM.
Christophorus Freitagius
Past. Löffens. Evang.

WEr nur bey seinem Gott beständig bleibt im Hoffen/
Vnd ihn in aller Noth / mit David / thut anrufen/
Den kan kein Ungelück / wie groß es immer sey
Verzilgen. Denn ihm steht des Herren Hülffe bey.
Herr Hoffman / der jetzt schläffe / wird dessen zeugnüs geben.
Er war in allem Creuz der Hoffnung ganz ergeben:
Wenn gleich viel vngemach bey ihm sich befand /
So Hoffte Er doch Hülff von trewer Vaters hand.
Vnd die hat ihn auch nicht zu schanden lassen werden.
Durch Hoffnung sind bey ihm die vielerlei beschwerden
Zerschmolzē wie der Schnee. Ihm hat die hoffnung bracht/
Das Er mit seinem Mund vor Himmels-frewden lacht.
Wohl deme / der nun auch wird so standhafftig hoffen.
Auff Gott! Vnd ist hier nicht in eitelleit ersoffen.
Am Jüngsten Tage wird der Herr ihm ruffen zu /
Kom / der du hast auff mich gehofft / zu meiner ruh.
Da werden wir alhdann dasselbe auch erlangen.
Worinnen albereit / Herr Hoffman / schön thut prangen/
Für schmerzen Noth vnd Tod / wird stete Frewde sein.
Kom Jesu / vnd nimb vns zu dir in Himmel ein!
Johannes Mörlinus
Pfarrer zu Mallesch.

In luctu luctus! cum sint plena omnia luctu,
Id quod cum Patria lugeat, omnis habet!
Hoffmani hoc obitus testatur, copia luctus
Hinc multum multis & data & aucta fuit.

*Si viduum videas, quis luctus! lugeat ademptum
Corq; caputq;, cui costa Manusq; fuit.
Si Natos, Natum si queras, grande querelarum
Invenies, in quo sit mora nulla, mare.
Lugeat Amicorum qui vis, animoq;, quod intra
Deflet, id in calamum defluit omne nigrum.
Inter at hos omnes summos Ecclesia luctus
Concipit ac talem plorat abesse virum:
Ah! ubi Pastor? oves clamant; ubi pabula vita?
Sal ubi? Sol ubi? Pes pacis amandus ubi?
Cum luctu luctum qui jungit, is aspera lato
Concludat tandem fine, suosq; beet!
Sit viduae fautor, Natorum sit Pater, almo
Prospiciat vultu praeficiatq; gregi!
In pie beateq; defuncti Cognomen; Sive sim-
plici s. duplic. (s.) scribat.
Tunc Hoffmannus eras, cum spe tua fata ferebas;
Hoffmanum sed Te nunc facit Aula DEI.
Johannes Heinricus P. Gohrenus.*

ωαααυυδία.
Inclita Progenies, Hoffmani stemmate, nata,
Nunc lacrymis Tumulum, siste madere pium;
Patris. Num satis Aetati, Sibi, satq; labori
Vixit duro, sat Slesiacaq; Plaga.
Ille Senex verè felix qui transfigat orbem
Plenus honore, capax laudibus innumeris.
Nam laudes suggesta canent nunc, Posteritasq;
Pro meritis patrii spemq; decusq; Soli:
Tuncq; fidem CHRISTUS firmam celebrabit JESUS
In IHOVÆq; throno, in Spirituumq; Choro.
Ergo si sibi sat vixit, cursumq; peregit,
Vivat in arce Poli sat. precor ex animo.
David Schlebitius Herrnstad.
Diaconus.

Dulce Sacerdotum speculum, Cer amabile Christi,
 Os doctum sacros enucleare libros;
 Hofmanum dico, qui Christi liquit orile,
 Quem plebs, quem summi deperiere viri.
 Sancta loqui Peitho venerando desit ore,
 Illa tuo quando desit ore loqui.

Theophilus Prachius P.
 Tentchel. & Rosenicensis.

Ergone mirum quodq; subiverit
 Caliginosam jam Senior casam.
 Hofmanus, in vita sagaci
 Pectore quem Charites bearant?
 Hofmanus inquam, Vir celeberris, data
 Cui caula quondam Christiadam gregis.
 Tuenda verbo quiq; summi
 Buccina clara fuit IEROME?
 Subductus est hem syrtibus omnibus
 In Orbe fervet queis modo quodlibet;
 Clangor tubarum; terror hostis,
 Martis & horribiles tumultus,

Caput beatum non magis concoquent;
 Nec incubabunt luminibus piis
 Mundana posthac; mixtus astris
 Perpete lætitia vigebit.
 Sublimiori nam residet tholo,
 Mactat sacramentum laudis aromate.
 Iam Trinitatem, cantibusq;
 Perpetuantibus immoratur.
 Non ego mirum, quod violentiæ
 Mortis sacratus victima pallidæ
 Hofmanus; in Cælo beatur
 Perpetuis cumulis bonorum.

Tobias Neander P.
 Pilgramsdorff.

Zacharie Hofmani, sincera Religionis
 Qui fuerat Mystes, fama perennis erit,
 Schryvidnitius cum Laurano Lygiog; ducatus
 Testis erit, Mystes quantus in orbe fuit!
 Ergo ste mysten tibi talem morte peremptum
 Et gaude similem, Ecclesia nacta virum.

J. Seliger.

Non sine mente DEI, si qui pilus excidit ullus,
 Occidit ullus homo, nec sine mente DEI.
 Ast illi (nisi despiciat quis) nemo repugnat
 Verbo, quod VERBUM protulit ore Patris, Matth. 10.
 Nec minus hoc ulla vellet ratione probari
 Codiceteste sacro, quod locuplete potest. Psalm. 90.
 Si sine mente DEI, mortem nemo appetit, inde
 Constat, obire pios nec sine mente DEI.

Si sine

Si sine mente DEI vasto nequit orbe piorum,
 Ullus abite Solo, nullus adire polam.
 Mors dubio procul est ejus præfaga futuri
 Quod premet usq; mali, quod latet atq; boni.
 Si præfaga mali mors est non rara piorum,
 Hei mala quæ patimur plurima, plura trahent.
 Plura trahent nostris mala si cervicibus, sicut sunt
 (Heu) loca luctificis omnia plena malis.
 Nam pius est multis mortem non appetit unus,
 Appetit hanc multus non sine mente DEI,
 Ann' opus Elysiæ excurrere protinus oras?
 Exemplo tristi vix caret ulla Nain.
 HERNSTADIANA, suum sublatum nuper Atlantem
 Hofmanum plenum numine, triste dolet:
 Ut Ligeia suum, Virtutum Nomine clarum
 Baudisium raptum funere, triste dolet
 His cum sed fieri quisquam malè dicat? JOVÆ
 Quos rapit est cunctis dextera fida malis:
 His cum non fieri qui vis benè credat? JOVA
 Quos trahit à fluxis ad bona fixa bonis.
 Quondam EXUL; sed nunc Salve, novus incola cæli,
 Hofmane, omnigenis tutus ab insidiis.
 Spes equidem mala velle Deum mollire rogatum,
 Aut ea posse nigros mittere ad Æthiopas;
 Sed rapuisse malis ut nos velit ille precamur.
 Crimina quæ secum deteriora trahunt.
 Utq; bonis partis cæli super arce potiri
 Det tecum nobis, non sine mente DEUS.
 Johan. Haidorn Con-R, Sch. Ligia.

SACHARIAS HOFMANNUS

AMANS FIS CHARUS NOAH.

Immundum mundum scelerum vaga gurges inundat:
 Reproba corda stygis fada lacuna rapit.
 Quæ ratione queas, Mortalis, tanta pericla
 Pellere, & in mediis fluctibus esse super,
 Hofmanus dextræ; vivens per dogmata Dia;
 Nomine nunc etiam, post pia fata, docet:

F 3.

Vim.

Vim fidei retinens, sincero corde Monarcham,
Consequumq; tuum, ceu tua, sidus AMANS,
Evadis cunctas (arca est Ecclesia) Syrtis:
Felix! FIS IHOVÆ CHARUS ut ipse NOAH.

Georgius Andreæ Fraust. Sch. Col.

AD Superos, o Dux, GREX credite, chara Marita,
Nati, Cognati, Terra! Valet, vocor.
O Sacrosancta Trias! Turba o Cælestis! AVETE,
Vos visam, vestra lætitiâq; fruar.

Nun ist es scheidens Zeit. Der Herr nimpt mich von binnen /
Der mir gab Seel und Leib / vernufft und meine Sinnen.
Ach nun Durchlauchter Fürst / mein gnädiger Patron!
Ich muß mich legen nun. Gott wil mit mir davon.
Der Himmel / Erd / und Meer beherrscht / las' Ewrer Gnaden /
Piallus Haus und Stamm kein Vagabund / weder Schaden.
Ach nun vertraute Kirch! Ach aufferwehlt' schar!
Ach nun getrewte Treu / die mir die liebste war!
Ach nun Ihr meine lust / Ihr Kinder / Anverwandte /
Die ihr gelibet mich / Ampis, Brüder und Bekandte
O Welt! Insonderheit geliebtes Vaterland
Euch / Euch jez ich befehl in Gottes trewe Hand.
Ach nun Mein Herr und Gott / Dreyfaltig in Personen
Ach nun Du Himmels Herr Ich wil nun euch bey wohnen.
Bey euch ist Frewe ohn leid. Bey euch ist Fried ohn streit.
Von Euch nichts scheidet mich / nichts auch in Ewigkeit.

Casparus Henschelius
Raud. Sil Schol. Parr. Moderator.

ARS Hofmane diu clarum Te fecit in orbe,
Sat tua lausq; cluit qua calet artis agon.
Postq; dehinc obit um nec desit ista beatum
Clarorum volitas namq; per ora virum.
Quin tua te tantum faciunt Anagrammata docta,
Vt celebris vigeat posthuma fama tui.
At nunc præco Dei statione locatus in alta
Belli expers Cæli leta brabea capis.

David Pigrilius Sch. M. Magd. Col.
Sacha-

Sacharias Hoffmannus
év Δ.
Felix Practicus.

SACHARIAS Christum: Sic est confessus eundem
HOFFMANNUS terris dogmate pro cathedra
Ille set in celis ut nunc; HOFFMANNUS eadem
FELIX celesti PRACTICUS est cathedra.

Balthasar Hildebrandi Jaur.
Liegenic. Reip. Orphanogr.
& Eccl. Petro-Paul. Organ.

Sacharias Hofmannus
In Fossa Chara Manus.

Fossa pro Tu-
mulo Plin.

Sic Hofmane Senem Te Belli IOVA periculis
Subduxit, Fossa Pace fruiq; dedit.
Pacem terra negat, ferit Mars indiq; sevus.
Muis vix tutus linquitur orbe, Locus
Quæ prædicta piis à Christo SECULA, Luctus
Plena, videt quisquis sentit & illa dolet.
Cum SIMBONE SOLO qui transit ad ethera Felix
Censetur, quoniam non magis bella timet.
Evotis cecidit Tibi fors, HOFFMANNE, Patrone,
Tuq; mee Muse fida columna, MANUS.
IN FOSSA reposita MANUS tua, juro, calescet
Corde meo, suavit dum calor orbe mihi.
Hoc meruere Fides, Pietas & prompta voluntas,
Quæ commonstrasti Pectore & ore, MANUS.
Hæc nunquam mihi clausa fuit, quodcumq; petenti;
Libros porrexit, fregit & illa cibum.
Hæc quoq; chara fuit cunctis imposta Medelam
Gommissæ culpæ, qui petiere sue
IN FOSSA sed CHARA MANUS, secunda quiescit,
Cui nocet haud Hostis sanguinolenta MANUS.
Corporis ossa MANUS IOVA tegat, oro, sepulchro
Et Christi victrix suscitet illa MANUS!
Vt rursus juncti spectemus in arce superna
Doctorem Christum Calicolumq; MANUM!

Georgius Seidelius Magdal. Col.

Es ist

Es ist mehr als gewis. wenn Gott der Menschen Sinnen /
 So böse, krassen wil / so fodere er von hinnen
 Die Fromen Lehrer ab / die Männer / welche sich
 Umb seine Kirch vnd wort verdienet Meuterlich.
 So aber ist ein Mann? der eysrig hat gestritten
 Für Gottes Kirch vnd wort / der manche peim erkletten
 Vos ihrentwegen hier / der in den Augn vnd Sinn
 Gottseligkeit geführt / derselb ist nun dahin /
 Er ist dahin der Mann / der nur nach lobe strebte /
 Der nicht in Tag hienein vnd in dem luder lebte /
 Der in Verfolgungs Zeit ließ Vater Augen gehn /
 Vnd ließ nicht wenn gleich noth / bleib wie ein Mauer stehn /
 Derselb ist nun dahin. Ach ach was wird das sterben
 Für einen schaden auff die Herrenstädter erben /
 Als den erscheinet recht der schade / wenn dahin
 Das / was was sehr beliebt in vnsers hertzens sinn.
 Nichts bessers kan zwar jetzt den Menschen wieder fahren /
 Als wann der liebe Gott / von so viel Artyges Jahren
 Ihn heisset schlaffen gehn denn es wird besser nicht
 Bis Christus unser Herr wird kommen zum gericht.
 O Seelig vnd noch mehr / als Seelig der so stirbet
 wie dieser Hoffman / der da ihm hier es erwirbet
 Ein unvergleichlich lob / das nach dem Himmel schmeckt
 welchs bleibet / wenn ihn schon der Todtengräber deckt /
 Auff Erden unverfehrt. Du aber zwiergeborener.
 Vnd recht geborne held / du Gottes aufferkorne
 Herzallerliebster Sohn erstatte diesen ort
 Mit einem solchen Mann / der gleichfals auch dein wort
 Ausbreitet in der welt so wollen wir dir singen
 Ein immerwehrend Lied / vnd dir zur fasten bringen /
 Ein Herz das nicht besleckt / ein Herz das eingesenckt
 In deine wunden tieff mit deinem Blut besprenckt.

Esaïas Gosky Cantor Oenop.

Durum MARITO nae focie tori
 SATOR e natis, caribus & sacri.
 MYSTA carere omni malorum.
 Climate fluctibus heu tumentibus
 Soli i recessu vincla tori pia.
 MARITA, NATI sollicitam Patris
 Curam, POPELLUS ritè
 Exaninem sequitur dolendo,
 FATUM maligno fulmine ferreum
 MARTIS cruenti pondere tormina.

MORTÆ, metentis cuncta, falce
 Retia, discidium minantur.
 Gentem profanam perdere somniis
 Edes sacratas, & maculare Dis,
 Nefas ubi verbum Ministri
 Explicuere DEI, videmus.
 Et pars inanes Terrigenum colit
 Ritu Deastros illicito, putat
 Lignum JEHOVAM, naniq;
 Saxa vocat vacuis & æra.

Boni

Boni tepescit fervor amabilis
 Fides hebescit, nescius exulat
 Falsi, jacet jus Entheumq;
 Tisiphone furibunda gestat
 Faces, Alumnus Marspiteris furit
 Pradis, Achivus, cum Diademate
 Nudatus urget velle fletus.
 Nulla Salus pietasq; terris
 Hirsuta regnent secula, ritè que is
 MARITA, NATI q; occidit, occidit
 Spes omnis & fortuna nostra,
 Cum POPULO, lachrymando clamât!
 Innata nobis ratio dicitur
 Rigare, fufis, funera, fletibus,
 Piè piorum, debitisq;
 Reliquiis decorare honoris.
 Est nex, virorum, nuntia sapius
 Mali futuri, queis PIETAS, FIDES,
 CANDORq; juncti, cum cohorte
 CASTALIDUM, comites fuerunt.
 Pastor fidelis convocat ut gregem
 Densante, nubes, agmine Cæciâ,

Undas ferentes; sic malorum
 Turbine JHOVA Pios recondit,
 Prudens futuri temporis exitum "
 Caliginosa nocte premit DEUS, "
 Quis non doleret cogitat si
 Hocce malo gravius notari?
 Lugere fas est; Nam pietas jubet.
 Dolere vult sed cum moderamine
 Ridere, si mortalis ultra
 Fas trepidat, sapiens JEHOVA
 Solet, superstes qui nimium doles
 Ingratus audis; & revocas Hylam
 Frustra: Semel nec mortuus quit
 Cum lacrumis revocari ab urnâ.
 Ergo querelas sistite. Culmine
 Cœli locatus jubila concinit
 Ovans DEO, non Fata, nec Mars
 Nec rabies necis hunc movebunt.
 Fortis MARITUS ceu, vidua, PATER
 Natis relictis, MYSTAq; jugiter
 pio popello, spem foventi
 Alite JHOVA bono favebit,

* * *
 ZACHARIAS HOFMAN SENIOR.
 in triangularib. add. Dyade

EN ME CRUOR IHESU FIDE BEAT.

Ex hominum meritis nullus redimitus a bibit
 Eternos, sero perpetuante, Dies:
 Omnes sed IHESU Sanante CRUORE BEAMUR,
 Accipimusq; FIDE non dubitante Polum.
 Hec PLEBI crebro vivus tu HOFMANE sonasti,
 Atq; Tibi resonas jam moriturus item.
 ME CRUOR EN IHESU BEAT altâ fufus in ara.
 Gratis gustavi quem, mediante FIDE.
 O felix tali vite qui tramite currit;
 Tali qui vite Carmine claudit iter!

Christophorus Püschelius,
 S. S. Theol. Studiosus

Hofmanus curâ plenus, plenusq; labore
 Et morbo plenus, sic moribundus ait:

G

Tur.

Turbida cura vale, duriq; valete labores,
Morbe vale, mihi nunc vera repōsta Salus,
Vera repōsta salus in cælis est, ubi morbi
Nil, ubi nil curæ, nilq; laboris erit.
Hic sine fine quies, hic est sine fine voluptas;
Hic est vera salus, vera & amanda salus.
Infelix ille est, vivit qui in turbine rerum;
Ast felix est qui vivit in arce poli.

Christianus Albinus
Wintzenberg Sil.

SACHARIAS HOFMANUS

OS, ARS, FACIES HUMANA.

SACHARIAS HOFMAN fuerit quis, qualis in orbe,
Si vis scire, sequens hoc Anagramma lege?
Ipsius HUMANUM fuit OS, HUMANA simulq;
ARS, FACIESq; fuit, Vita humilisq; fuit.
Proinde beatus Homo est, didicit qui noscere se se,
Quod sit factus Humo, quod sit humillis Homo:
Epitaphium.

Svidnicium Vitæ introitum, Thalamumq; beatum
Colbnicium, Tumulum præbuit Herrnstadium.
Aliud.

DOctrinâ, Venâ, Naturâ, conditur Antro,
Theologus, Vates, Musicus, hocce, bonus.
Chronodistichon Obitus

IVNIVS VNDENVS proh! tollit ab orbe Parentem;
O bone IOVA saVe Nos bene posse seqVI!!

* * *
Nächst Gott mein bester Freund alhier auff dieser Erden /
Vnd wie die Vaters trew mehr kan gerühmet werden /
Von mir genommen ist durch Todes macht dahin /
Das mein Geschwister / vnd ich / Vaterlos gang bin.
Nächst Gott mein höchte Freund alhier auff dieser Erden /
Vnd wie die Kinder lust mehr kan gerühmet werden /
Von mir genommen ist durch Todesmacht dahin /
Das sambt der Mutter ich nun Kinderlos gang bin.

Wer

Wer wolte dann mich / das ich bin betrübe / verdienen?
Weil nach einander in so kurzer Zeit thut sencken

* Der Allerhöchste mich in ein Zwiefaches Leid
Das weg mein bester Freund / das weg mein höchte Freund.

* Filia HELENA-BARBARA XI. IUL. MDCXXXX. paulo
Post obit. beati Dn. PARENTIS nata, d. vero 2. OCTOB.
MDCXXXI pie placideq; denata.

Nil præter Lacrymas & tristes pectoris æstus
ET PATRIS & PROLIS ponere novit AMOR

Casparis Hofmani
Not. Herrnstad.

SUavis in orbe frui suavi res PATRIS AMORE;
Orbari res est PATRIS AMORE gravis.
Dulce PATRIS Nomen, Laus, conversatio dulcis,
Dulcis AMOR, PATRIS dulce patrocinium
Immò si PATREM modò Nomine dixeris, unâ
Dulcorem PATRIS dixeris omnimodum.
Privatus cunctis his Morte Parentis acerbâ
Debo funestos voce sonare sonos;
Sed Lachrymæ prohibent hos fundere: Lacruma testis
Ipse sit in tristi pectore crebra! fleo!

* * *
MOLLITER in Tumulo, Genitor, tua Membra quiescant!
TE NOBIS, TIBI NOS reddat in axe DEUS!
ita non sine Animi motu erga desideratis. Dn. Parentem:
ejulab. Filius mestissimus
Gothofredus Hofmanus.

PANGITE Pierides lugubria Carmina mecum:
Aonia tenerum psallite voce melos.
Namq; dies charum mihi sustulit atra Parentem;
In quo spes omnis fixa salutis erat.
Qui Me sollicitus per tot curaverat Annos:
Et quem tangebatur maxima cura mei.
Est verè miserum Natos rellinquit orbos
Curatore Patre: his nil nisi luctus adest.

Re-

*Rebus in adversis nemo est qui pectore fidò
Soletur, nemo qui mala dura levet.*

Verum quid faciam infelix? sic fata tulere:

Omnibus est eadem calce terenda via.

Tu mihi,CHRISTE,loco sis semper,quæso,Parentis,

Tam Mihi quam Studiis prospiciasq, meis!

*ita deplorat lacrymis acerbissimis D. Parent.
obit. longe desideratiss.*

Johannes Hofmanus

Postquam Thesbites curru veheretur ad astra
Ignito: hanc promisit desertus Elisa querelam.
Quid nos, chare Parens, conscendens astra, relinquis?
Sic etiam dum morte Parens extinctus atroci,
Nos Natos miseros relinquit in Orbe, abeuntem
Voce sequor querulâ, & doleo Patre nos spoliari:
Sed quoniam præcessit Eo, quo nos quoq; tandem
Venturos, Spes non dubia est: non conquerar ultrâ.
Ut nunc in Tumulo placidè, precor, Ossa quiescant,
Donec Defunctos Christus prodire jubebit,
Intereâ nostri curam gerat Arbiter Orbis!

*Filiâs ultimig, Honoris & Gratiud. è.
plangeb. lachrymabundus*

Justinus Hofmanus.

Conjuge dum Conjux, Patre Liberi, Avog, Nepotes
Orbantur, Dempti ô sis DEVS ipse loco!

Nach dem der Höchste Schar der Ehfraw'n ist genommen!
Der Kinder Trost zu gleich vnd Enckel mit wegkommen;
Derriet du Selber dehn/der hin ist/in der Noth
Mit deiner Vaters-treu bey uns D trewer GOTT.
gemens fundeb.

**Christianus Bleuelius b. Defuncti
ex Filiâ Nepos.**

